

teriae (a) podagricee in vias vrinarias calculum ortum esse affirmat. Idem de spasmo vesicae testatur Illustr. HOFFMANNVS. (b) HIERONYMVS GABVICINVS ex Hippocrate probare vult, dysenteriis optime curari podagricos. (c) dolores, si successerint, imo & alia eliquatione ad loca inferiora. De qua re merito dubitamus, qui profluua alui asperius saepe malum reddidisse, neque has vias repurgando neruorum malo idoneas esse iam commonuimus. Hinc & ipse GABVICINVS his verbis: *contra etiam fieri* inconstantiam suam prodit. Frequenter imprimis hic accidit colica, vnde Hippocratis verba: *cui in dextra parte intestinum colon dolebat, & artuum dolore capiebatur, erat quietior, postquam autem hic curatus fuit, plus doluit.* Non dicam de iecinoris affectu, hydrope, & similibus malis, quae summas iniurias abdomini illatas sequuntur.

§. XIII.

Sunt & plura alia loca, in quae vis illa retropulsi morbi desaeuire potest, plerumque tamen minori cum detimento. Intelligo hic reliquos corporis humani artus, manus, genua, femora. Quae uti conueniunt desertis latebris, ita in his non maiori vitae discrimine suscipiuntur.

§. XIV.

Signa retropulsionis ex dictis obscura esse non possunt. Primum hic est, quod ex improviso dolores in pedibus euanscant, & hi

(a) Obs. 801. p. 355. Th. SYDENHAM L. cit. p. m. 442. utrum calculus eiusdem materiae morbificae in genere portio quae-dam sit, nec ne, litem dijudicare recusat.

(b) Med. Syst. P. IV. T. II. p. 400.

(c) Vid. ipsius commentar. de podagr. p. 13. & seqq.